

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Caritas e
cum fonte primo

Sola caritas est que vincit omnia et sine qua nichil valent omnia, et que ubicumque fuerit trahit ad se omnia.

Et utinam possint omnes de una charitate cogitare.

Sola est enim quae et vincit omnia, et sine qua nihil valent omnia, et quae ubicumque fuerit trahit ad se omnia.

Augustinus Hipponensis, *Sermones de diversis*, 354, 6 (PL 39, col.1565).

Amate scienciam sed anteponite caritatem. Scientia si sola sit inflat; quia uero caritas edificat, scienciam non permittit inflari.

Ergo amate scienciam, sed anteponite caritatem. Scientia si sola sit, inflat. Quia uero caritas aedificat, non permittit scienciam inflari.

Augustinus de doctrina Christiana.

Augustinus Hipponensis, *Sermones de diversis*, 354, 6 (PL 39, col.1566).